

Nomen et praenomen:

1. *Verte in Hispanum textum:*

vertitur: ea pars quae
ad solem spectat
exiguus a aum= par-
vus (<> magnus)
phases lunae: nova,
dimidia, plena

dicitur = nominatur

Nocte sol non lucet, sed luna et stellae lucent. Luna ipsa suam lucem II
non habet, lux lunae a sole venit; itaque luna non tam clara est quam
sol. Sol est stella clarissima, quae luce sua et terram et lunam illustrat.
Neque tota luna sole illustratur, sed tantum ea pars quae vertitur ad 50
solem; cetera pars obscura est. Cum exigua pars lunae tantum videtur,
luna 'nova' esse dicitur. Die septimo vel octavo post lunam novam luna
dimidia videtur, quae formam habet litterae D. Die quinto decimo post
lunam novam luna plena est et forma habet litterae O. Cum luna non 55
lucet, nox obscura est.

Dies mensis primus, 'kalendae' nominatur. Dies primus mensis
Ianuarii dicitur 'kalendae Ianuariae; is dies anni primus est atque ini-
tium anni novi. Diê primo mensis Iulii 'kalendae Iuliae' nomen est; is 60
est dies anni medius.

2. *Responde Hispanice:*

Lēander: "Tū igitur ānulum dā amīcae tuae!"

Mēdus: "Sine pecūniā ānulum emere nōn possum, neque pecūniam habeō. Bo-
nus sum servus, sed dominus mihi nūllam pecūniam dat. Ergō necesse est..."

Lēander: "Quid necesse est? Quōmodo tū pecūniam habēre potes?"

Mēdus: "Id tibi nōn dīcō. Sed etiam sine ōrnāmentīs amīca mea pulchrior est
quam aliae fēminae quae ānulīs et gemmīs ōrnantur. Nūlla est fēmina tam pul-
chra quam Lȳdia mea!"

At Lēander "Nōn vērūm est" inquit "quod dīcis: mea amīca etiam pulchrior est
quam tua!"

Quī vir nōn putat suam amīcam pulchriōrem esse quam cēterās fēminās?

1. quid emere vult Medus?
2. quomodo feminae ornantur?
3. de quo inter se duo servi disputant?

Pensum (comparativus)

saccus i m
pilum i n

Saccus Leandri grav___ est quam Syri. Hoc pilum lon___ et grav___ est quam
illud.